



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 18. Magdeburgum obsessum, ac propugnatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

**Sæcul. XVI.** rent. Comparent illi unacum Magdeburgensibus, præstituta die, atque una omnes Wolmerstadii duobus ab urbe milliaribus castra metantur: altera autem die antelucano tempore motis castris ad hostem, qui Hilderslepii substiterat, recta contendunt: mox vero Georgius Dux explorata hostis sui acie, ne a fronte invaderetur, repente conversis ordinibus agricolas, nec fatis armatos, minus autem ad pugnam expeditos a tergo circumdat, eosque tanto impetu adoritur, ut, statim, prius quam primi ordines opem ferre possent, quamplurimi jamjam cæsi, & reliqui in fugam acti essent, adeo, ut illi, qui adhucdum in acie perstiterant, a circumfusa suorum etiam sociorum turma abrepti hosti eos undique infestanti haud ultra resistere possent, unde eorum quamplurimi misere trucidati, certi vero capti fuere, paucis natando mortem effugientibus.

## §. XVIII.

*Magdeburgum obseffum, ac propugnatum.*

*Thuan. l. 6.  
p. 195.*

Postridie Mansfeldius Comes suppetias allaturus ad castra pervenit, nec minus accesserant quoque Electores Brandenburgicus, & Mauritius de Saxonia,

præ-

præter Albertum hujus Patruum, Culm-Sæcul. XVI.  
bacensem Marchionem, & Henricum A.C. 1550.  
Brunsvicensem, qui valido Equitatu sti-  
pati tanquam exercitus Duces saluta-  
bantur, supremo Equitatus imperio  
Georgio Duci relicto. Die deci-  
ma Octobris hostes urbis mœniis co-  
pias admovent, portis ignem subjecturi,  
verum effusa in eos tormentorum tem-  
pestate cum tanto suorum dispendio in-  
de repulsi sunt, ut ipsi animo penitus  
dejecti, econtra obseSSI hisce victoriae  
auspiciis in dies animosiores fierent,  
unde altera die ex urbe erumpentes  
hostem profligant, ipsumque Georgium  
Ducem non sine magna suorum clade  
obsidionem solvere compellunt, ac se-  
quentibus diebus hostem levibus qui-  
dem, oppido tamen cruentis velitationi-  
bus laceffunt: tandem utrinque ineuntur  
induciae, ac ipsem Wolfgangus Anhal-  
tinus Princeps de pacis conditionibus a-  
cturus in urbem admittitur, cum vero  
discordes animi conciliari haud possent,  
hostes violatis induciis Sancti Michaelis  
suburbium incendunt, & Brandenburgi-  
cus Elector quoddam Equitum agmen,  
quod Magdeburgensi præsidio suppe-  
tias venerat, profligavit: nihilominus  
altera die obseSSI hostes suos in fugam  
egerunt: at quarto post die Cæfarei  
eorum Equitatum penitus deleverunt,  
bellum.



Sæcul. XVI. bellumque usque ad Autumni finem pro-  
A.C. 1550. tractum est.

## §. XIX.

*Imperator in comitiis de Magdebur-  
gensibus, & Bremensibus  
questus.*

*Sleid. l. 22.  
p. 788.  
Thuan. l. c.* Interea Cæsar, cum sua edicta servari  
vehementer urgeret, præcipue que-  
rebatur de Magdeburgensibus, & Bre-  
mensibus, qui soli adhuc obtemperare  
recusabant, quamvis hi posteriores non-  
dum proscripti essent. His querelis  
permoti Principes Cæsarem rogabant,  
ut eos tanquam hujus dissidii concilia-  
tores acceptare velit: Annuente igitur  
Cæsare hi ad utriusque hujus Urbis Ma-  
gistratus die vigesima secunda Se-  
ptembris literas perscribunt, eisque in-  
jungunt, ut ad secundam Novembris  
diem Augustæ coram ipsis comparerent,  
aut oblatis publicæ securitatis literis  
suos Legatos plena agendi facultate in-  
structos mitterent.

## §. XX.

*Conditiones a Cæsare Bremensibus  
præscriptæ.*

*Sleidan. &  
Thu. l. c.* Vix Nuntius, qui hanc epistolam per-  
ferre jubebatur, diceſſerat, cum il-  
lico Principes a Cæsare sciscitarentur,  
sub